

**Tentamen medicum inaugurale de podagra : quod, annuente summo
numine : ex auctoritate reverendi admodum viri, D. Georgii Baird, SS.T.P.
Academiae Edinburgenae Praefecti : necnon amplissimi senatus academicci
consensu, et nobilissimae facultatis medicae decreto : pro gradu
doctoratus, summisque in medicina honoribus ac privilegiis rite et legitime
consequendis / eruditorum examini subjicit Gulielmus Whitworth, Anglus,
Societ. Reg. Med. Edin. Socius.**

Contributors

Whitworth, William.
Royal College of Physicians of London

Publication/Creation

Edinburgh : P. Neill, 1823.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/eaeknj5w>

Provider

Royal College of Physicians


License and attribution

This material has been provided by Royal College of Physicians, London. The original may be consulted at Royal College of Physicians, London. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.




Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



52232 0





TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE

DE

PODAGRA.

TESTIMONIUM MEDICUM

INAUGURALIS

68

PODAGRA

6900

ANNIVERSITATIS SUMMO GENERE

EX AUCTORINATE ETATIS ET FRATERNIS ALMACHORUM AVT.

D. GEORGII BAUDIS T.P.

ACADEMIAE POLONENSIS ARTHROSCIA,

TESTIMONIUM MEDICUM

TESTIMONIUM MEDICUM CONSERVATA, ET

MONDISSENCE INAGURALE

1670 Georgii Gaudis

NUMERARIO IN MEDICO MONDIALE TESTIMONIUM

ETATIS ET FRATRIS CONSERVATORIS

PODAGRA

GUILIELMI WHITWORTH

1670

SOCIETATIS POLONAE ET FRATRIS CONSERVATORIS

TESTIMONIUM MEDICUM CONSERVATORIS

ERINACEUS

EXCUCURSUS

1670

HEBERDEN
SOCIETY
LIBRARY

TENTAMEN MEDICUM

INAUGURALE

DE

PODAGRA;

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE REVERENDI ADMODUM VIRI,

D. GEORGII BAIRD, SS. T. P.

ACADEMIAE EDINBURGENÆ PRÆFECTI;

NECNON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU, ET

NOBILISSIMÆ FACULTATIS MEDICÆ DECRETO;

Pro Gradu Doctoris,

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBJICIT

GULIELMUS WHITWORTH,

Anglus,

SOCIET. REG. MED. EDIN. SOCIUS.

Tollere nodosam nescit medicina podagram.


OVID. Pont. i. 3. 23.

KALENDIS AUGUSTI, HORA LOCOQUE SOLITIS.

EDINBURGI:

EXCUDEBAT P. NEILL.

MDCCCXXIII.



<https://archive.org/details/b2814899x>

AVUNCULO SUO
FRANCISCO EDMUNDO FRANKLYN,
ARMIGERO,
LINCOLNIAE HODIE CHIRURGO;
VIRO OPTIMO,
CUJUS DUCTU, PRÆCEPTIS, CONSILIIS, ADJUTUS
ARTIS APOLLINARIS RUDIMENTA
PRIMUM PERCEPIT ;
HASCE STUDIORUM SUORUM PRIMITIAS,
AMORIS,
NEQUE MINUS, OB CURAM PENE PATERNAM
QUA ANNOS JUVENILES ERUDIIT FOVITQUE,
ANIMI GRATISSIMI TESTIMONIUM
CONSECRAT
SORORIS FILIUS.

THEATRUM MEDICINÆ

OMNIA DEDICATVM EST

INAGURALIS VOLVITATE, ANNO,

ANNO CHIRURGICO ANNO CVM LANA

EDUCATIONE MEDICO-CHIRURGICA

AD ADOCTO

INTRODUCTIO;

HANC EXCELENTE DISSEMINATIONE,

MORORUM POMPEIUM sufficiunt, sibi sepe
sue tropis, sibi postegitatis sibi modis ame-
re autem de duabus diuersis tropis ad universes
pree tria genita bestiis; sic ut inde sepius sine
sibi causa dicitur, quod ex parte
in plorum multitudine, non ob aliud
extremis operibus, sed quoque ex quibus
conjuratis eorum, rite, rite, rite, et
ante bellato duplis alius, inter se
securis pugnas mortis multo plus innotuit; si dico

TENTAMEN MÉDICUM

INAUGURALE

DE

PODAGRA.

MORBORUM hominem affigentium, alii ætati
suæ proprii, alii hæreditarii, alii acquisiti sunt.
Is autem de quo disserere proposui ad universa
hæc tria genera pertinet; sic ut modo seni, sine
alia causa quam ætate, acedat; modo ex patre
in prolem manifeste descendat; modo de causis
externis originem trahat; nec raro ex omnibus
conjunctis evolvi videatur. Moribus tamen, et
vitæ genere quibus aliquis utitur, accessio vel ab-
sentia hujus morbi magnopere nituntur; atque

haud absurdum erit, breviter, pro dissertationis captu, in originem proclivitatis podagricæ inquirere. Res tamen perobscura est, atque ne fumum pro luce, quod dicunt, vendere videamur, cum paucis de signis Podagræ causisque remotis introduci debet.

DE NOMINE ATQUE DEFINITIONE.

A remotissimis medicinæ temporibus, hic morbus cognitus et descriptus fuit. Nomen derivatur a vocabulis Græcis, πόδης, *pede*, et ἄγρια, *captura*; ut Podagra sit quasi pedum captura, et Podager *pede captus*. Quanquam enim alias quoque partes occupet, pedum articulos longe saepius infestat. *Arthritis* quoque appellata est; et *Morbus Articularis* apud Latinos; sed cum CULLENO, “*Arthritis* nomen, utpote apud medicos ambiguum” rejici, “*Podagra* voce, ut typum morbi præcipuum notante,” usus sum.

Idem clarissimus auctor his verbis definit: “ Morbus hæreditarius, oriens sine causa externa evidente, sed præeunte plerumque ventriculi af-

fectione insolita; pyrexia; dolor ad articulum, et plerumque pedis pollici, certe pedum et manuum juncturis potissimum infestus; per intervalla revertens, et s^{ae}pe cum ventriculi, vel aliarum internarum partium, affectionibus alternans." Nullas pr^aeter unicam dari speciem SAUVAGESIO concedit cl. CULLENUS: sed, in Primis Lineis suis, § 518. in *regularem* atque *irregularēm* Podagrum diducit. *Regularem* dicit semper articulorum inflammatione ostendere; *irregularēm* vero sine inflammatione esse, sed signa monstrare quæ evidenter ab ea dispositione, vel proclivitate, unde ipsa inflammatio podagrīa gigni solet, pendere videntur. Podagræ irregularis varietates memorat tres: nimirum, podagram atonicam, podagram retrogradam, podagram aberrantem: quibus omnibus, sub nomine varietatum, podagram regularem in Nosologiæ Synopsi hoc modo adjecit.

1. Podagra (regularis) cum inflammatione artuum satis vehementi, per aliquot dies perstante, et paulatim cum tumore, pruritu, et desquamatione partis, recedente.

2. Podagra (atonica) cum ventriculi, vel alius partis internæ atonia, vel sine expectata aut solita artuum inflammatione, vel cum doloribus artuum lenibus tantum et fugacibus, et cum dyspepsia, vel aliis atoniæ symptomatis, subito sæpe alternantibus.

3. Podagra (retrograda) cum inflammatione artuum subito recedente, et ventriculi vel alius partis internæ atonia mox insecura.

4. Podagra (aberrans) cum partis internæ inflammatione vel non prægressa, vel prægressa et subito recedente inflammatione artuum.

Harum varietatum definitiones tradere eo vi-
sum est, quod Podagræ diversitates præcipuas op-
time discriminent, nequaquam species, qui non-
nullis error obrepit.

DE SIGNIS.

HUJUS morbi indicia monitoria varia sunt, sed ventriculum, vel membrum jam afficiendum, plerumque respiciunt. Sæpe sudor qui pedes olim occupaverat, subito decrescit, vel penitus evanes-

cit; pedum crurumque algor insolitus est, nec raro torpor cum punctionis sensu pro universa membra inferiora repentis alternatus; crebri musculorum cruris spasmi, venarum tumiditas insolita. Interea loci, universum corpus languore et torpore aliquo afficitur; atque ventriculi imprimis functiones plus minusve turbantur.

Cibi appetitus imminuitur; inflationes aliaque turbatae coctionis indicia sentiuntur. Hæc cum prioribus per plures dies, sæpe hebdomadam unam vel alteram, occupant, antequam paroxysmus accedit; sed plerumque die ante accessionem proximo, cibi cupiditas præter solitum, et, ut SYDENHAMUS docet, præter naturam augetur.

Ipsi quidem paroxysmi vere plerumque primi-
tus accedunt: serius ocyus ut calor vernalis fri-
gori hyemali serius citiusve successerit; sed se-
cundum cl. SYDENHAMUM, de hac re testem ex-
perientissimum, exente plerumque mense Janu-
ario, vel Februario ineunte. Hujus autem rei
multæ varietates extant, licet hodie regium quo-
que exemplum videmus. Vespere nonnunquam
podagra se annunciat, sæpius autem secunda vel
tertia hora matutina. Incipit dolor alterum tan-

tum pedem plerumque afficiens, fere in capite primi et secundi phalangis, vel primi articuli pollicis pedis, quamvis haud raro in aliis partibus pedis. Cum hoc, protinus ab initio, horrores frigidi sunt; qui tamen, augescente dolore, paulatim cessant; atque his succedit pyrexiae stadium calidum, quod quamdiu dolor ipse durat, continuat. A primo accessu dolor gradatim vehementior evadit, et perstat violentissimus ad proximam medium noctem, post quam paulatim remittit.

Hic dolor aliquando comparatur ei quem os a loco motum creare solet; aliquando ei quem tensio vel laceratio ligamentorum, vel canis denique partes dentibus rodens, efficeret. Non vestium contactus, non cubiculi vel levissima agitatio, bene toleratur. Æger perpetuo novum et commodiorum membro dolenti positum frustra querit, totius corporis jactatione et inquiete summa vexatur; donec remissione jam post vigesimam quartam horam facta, dolor fere penitus quiescit; quo facto lenis sudor obrepit, ægrumque obdormiscere sinit. Mane Æger hoc somno expergefactus, partem nuper dolentem, cuius venæ solæ ante tumebant, jam rubentem, tumidam videt, qui tamen

rubor et tumor paucos intra dies abire consuerunt. Non tamen podager dolore nunc omnino liber est, quamvis mire lenitus is perstet. Per aliquot dies omni vespere redeunt dolor satis memorabilis febrisque, plus minusve violenter ad auroram pro-ductæ. Tum mitigantur; et dies nonnullos hoc ritu eunt redeunque, donec tandem valedicunt, non nisi longo post intervallo redituræ. Illud utique singulare habet podagra, quod abiens, hominem sanissimum relinquit, saepe quidem usu et alacritate omnium functionum animi corporis-que plus vigentem quam longe antehac fuisse; si modo decessio morbi integra extiterit. Quamdiu tamen homo integer manere poterit, valde incertum. Protinus apud initium morbus, vide-licet, tertio vel quarto quoque anno redit; sed post accessus iteratos intervalla breviora impetus fere annui evadunt. Dein bis anno redeunt, tandemque multoties in anni decursu, perque omnes ejus tempestates; atque cum talibus pa-roxysmi longiores evadunt, accessus crebriores, contingit, ut æger tum vix unquam liber sit, nisi per aliquos forte menses æstatis, nec semper per eos.

Quod ad sedem morbi attinet, podagra alterum tantum pedum imprimis corripit. Postea vero singuli paroxysmi ambos pedes, sed alium post alium afficiunt; atque morbo recurrere perstante, dolor non tantum ambos pedes simul occupat, sed postquam quievit in pede secundo affecto, ad pedem primum affectum redit, et fortasse, secunda quoque vice, in alterum. Loci quidem ejus mutationes, non tantum de altero in alterum pedem fiunt, sed de peditus in alios articulos, præsertim in membris superioribus vel inferioribus: adeo quidem ut vix universo corpore articulus detur qui non subinde afficiatur. Aliquando duos simul articulos obtinet, saepius autem uni cuidam incumbit, sed identidem ab eodem in alium quendam articulum ex intervallo recedit; sic ut laborantis miseriæ in longum protrahi soleant. Nihilominus dolor semper augescit noctu, manè remittit. Paroxysmus, vel Accessio podagræ quæ vulgo dicitur, ex multis parvis ejusmodi accessiunculis constat. In robustis enim, quibusque podagra nova est, summa omnium intra dies quatuordecim plerumque finitur; sed ætate provec-tis, debilibus, prioribus morbi accessibus fatigatis,

sæpe duos, vel tres etiam menses aderit, quin
valde imbecillis æstate sola accidente, fugatur.

Recente morbo, articuli affecti mobilitati vi-
que pristinæ penitus restituuntur; sed in vetusto
iterato malo diu rigidi debilesque manent; atque
tandem in multis prorsus immobiles evadunt.
Longe plurimis Podagra laborantium, concretio-
nes quasi calcareæ visæ, circa articulos formantur,
modo extra modo intra capsulas articulorum, at-
que plerumque subter cutem. Primum fluidum
quiddam est, sed paulatim indurescit, arescit; et
quoniam vix unquam absorbetur, omnium maxime
articulum pessundare tendit.

Chemici hodierni, ea qua pollut diligentia,
salem esse, ex urate sodæ compositum, invenerunt.
Cur ita podagricorum articulis incumbat, pos-
tea erit quærendum. Podagra inveterata vexati,
plerique nephritica quadam affectione occupan-
tur. Fere nephralgia est, vel concretio renalis,
eujus dolores cum podagra alternare observantur,
ut ambo affectus raro una adsint. Hæc affectio,
ut ipsa podagra, hæreditaria esse perhibetur.

Quinetiam urinæ secretio protinus ab initio per
dies fere quatuordecim sedimentum rubrum are-

nosum demittit; neque plusquam tertia pars li-
quorum ingestorum per urinas excernitur; atque
inter hoc tempus alvus plerumque adstricta est.

Illustrissimus olim BERTHOLLET observavit,
urinam podagricorum ante paroxysmum multo
minus acidi phosphorici, quam urinam sanam os-
tendere. Inter paroxysmum tamen plus solito
hujus acidi habere; quamvis non plus quam
sana semper adest in urina. Atque experimentis
doctissimi PROUST satis constat, sedimentum il-
lud rubrum ex phosphate calcis et acido urico
constare. Postremo, inter totum paroxysmum
appetitus cibi debilis est, corpus algores vesperas-
cente die, hebetudinem quoque et molestiam ea-
rum partium morbo non laborantium, percipit.
Paroxysmo vero jam prætergresso, pruritus vehe-
mens pedem maxime inter digitos, occupat, unde
cuticula haud ægre desquamat.

Hic fere decursus Podagræ regularis est. Sed
forma atonica minus inflammationis habet. Sig-
na quidem ad ventriculum maxime pertinent,
qualia sunt appetitus cibi jactura, concoctio læsa,
cum sequelis suis, nausea, vomitu, inflatione, ructu
acido, epigastrii dolores. Hæc sæpe comitantur

membrorum superiorum ac trunci corporis dolores, spasmi, inflationes eructando levatae, alvus plerumque adstricta, sed aliquando fluens, cum torminibus. Nec deest saepe hypochondriasis; ut animus demissus, periculi metus, attentio ad morbum nimia, satis testantur.

Nonnunquam palpitatio, syncope, asthma, ob-servantur, necnon cephalalgia, vertigo, apoplexia, paralysis.

Podagra retrocedens recessu inflammationis cognoscitur; sicuti cum hallux quidem inflam-mata fuit, sed nunquam ad vehementiam consuetam; saltem ibi solitum tempus non perstitit nec gradatim decessit, sed subito et omnino evanuit, dum interea loci pars aliqua interna afficitur. Omnia saepissime ventriculus sic afficitur cum anxietate, nausea, vomitu, vel dolore violento.

Sæpe autem cor occupat, unde syncope; pul-mones, unde asthma; vel caput, unde apoplexia, paralysis.

Quod ad podagram aberrantem attinet, præter quod definitio GULIELMI CULLENI docet, pa-rum habeo proponendum. Raro videtur et multi morbi apud senes occurrentes pro podagra ingru-

ente, et maxime podagra aberrante, falso nuncupantur, et multoties imperite curantur. Nihil quidam vetat, inflammationem seni podagrīo contingentem podagrīa ejusdem proclivitate originem quodammodo traxisse, sed nisi signa alia podagrīa una adsint, nobis non licet hic sola ex conjectura podagram inferre.

Neque vero quid certius de podagra chronica recentiorum nonnullorum censeo. Quamvis enim, haud aliter quam alii morbi inflammationem habentes, podagra modo celeriter modo tardius, ad finem suum perveniat, vix super diversa ejus duratione species ejus diversas strui oportet.

Senes, saltem senectæ propiores, podagra plerumque occupat; ita tamen ut raro post annum sexagesimum aggrediatur. Juvenes autem vitio hæreditario imbutos haud raro vexat, eos maxime sibi ac cupiditatibus suis nimio indulgentes.

Fœminæ quam mares multo minus proclives sunt: quo numero pueri et eunuchi, vel alii semiviri, jure recensentur.

Hactenus quasi morbus semper pedum articulis incumberet locuti sumus; et ex trecentis ægris clarissimus SCUDAMORE reperit viginti tantum

a manibus laborare; a genu quatuor, ab aliis partibus viginti et unum: ergo veræ podagræ rationem ad chiragram se habere ut 300 ad 20, vel 15 ad 1, vel podagram in pede 255es occurtere pro 45es in aliis partibus, vel quinquies in pede ~~sæpius~~ quam alia quavis parte. Denique ex iisdem 300 exemplis 221 pollicem pedis magnum habebant. Per totum podagræ accessum arteriæ fere concitantur, et sanguis missus, atque concretus, crustam coriaceam ostendit. Genus nervosum quoque mire concitatur, sensus acutior fit, tremores, spasmi, lucis intolerantia nonnunquam adsunt, animus perquam irascibilis.

Lingua sordida est, anorexia, inflationes, nausea, acoris cujusdam vomitus; licet humor sic ejectus multum acidi sub indiciis chemicis non exhibeat. Alvus tarda est, vel humorem muco-sum, nigrum, foetidum profundit; sæpe hæmorrhoides una adeat.

Urinam jamdudum SYDENHAMUM secuti, vix tertiam potus partem in podagricis æquare proposuimus, quamvis totius anni urina ad potum rationem 68:117 habere inventa sit *, et in men-

* HALLER. El. Ph. v. 67.

sibus frigidulis quibus podagra grassari solet, eisdem pene æqualem existere. COLBATCH autem urinam podagricam distillationi subjectam plus quam aliæ quævis ammoniæ evolvere doeet. Ægre nec sine dolore aliquando redditur, olida, saturate rubro-fusca, densa, utpote ejus pondus specificum numeretur a 1025 ad 1040, gravius, prout morbus acutior sit. Hinc constat rerum in lotio solutarum copiam subesse majorem. Quondam celeberrimus BERTHOLLETUS, phosphates in accessu podagrico magis quam ante eum abundare; licet nihilo magis tum etiam quam sanis esse solet. Sed in sedimento quod ardente paroxysmo decidit, pulvis roseus vel lateritius ex urate sodæ, phosphatibus calcis et magnesiæ, materia quadam animali colorante, fere compositus, matulam incrustat. Quum autem dyspepsia, et languores signa dominantur, hic pulvis urate carere, vel cum prioris pulveris stratis alternari, videtur.

Plusquam quarto quoque exemplo albumen in urina podagricorum observatur: raro tamen cum pulvere roseo conjunctum. Per morbi intervalla eadem fere præcipitari de urina consuerunt, nisi quod minus muci superaddatur; unde quidam

crystallorum sabulosarum exitum prohiberi con-
jecerunt.

Postremo, scire licet podagram sæpe crisi ali-
qua, veluti excretionibus auctis finiri. Hujus-
modi sunt, vomitus, acris supra dicti humoris,
materia in urina subsidente, diarrhoea, salivatio,
bubo, tophi excretio. Desquamatio vix pro crisi
habenda est; sed in multis prope paroxysmi fi-
nem sudore parte laborante olidus, qualis urina
turbida esse solet, argentum denigrans erum-
pit.

DE PODAGRÆ SEQUELIS.

UNUSQUISQUE hujus mali accessus, vires ar-
tuum, sed maxime articulorum, minuit: quin si
ille gravis, diuturnus, fuerit, raro ad vigorem pris-
tinum ii redeunt. Atque in universum observan-
dum est, quanquam animus corpusque per inter-
valla se melius habere sentiant; tamen hujus
gaudii tempus non longum esse, nec nisi raro per-
quam exemplo podagricos longevos evadere. In-
tervalla quidem variæ durationis sunt: initio sæpe

ad tertium vel quartum, rarissime ad decimum quartum annum, producta. Hydrops, apoplexiæ, saltem subitæ et ambiguæ perquam mortes, fractum et nodosum senem tandem extinguere solent.

DE PODAGRÆ CAUSIS.

CAUSARUM quæ ad hunc morbum proclivitatem dare solent, præcipuæ ad præviam corporis conditionem spectant. Hæc vero sæpe talis a parente tradita est, ut nulla cura vel temperantia morbum satis tuto arcere videtur: et homo post inediam, exercitationem, et alia prophylactica frustra adhibita, se tandem morbum ut obeat cogi percipit.

Qua quidem re hæc proclivitas hæreditaria consistat, nondum apparuit: aliis scriptoribus formæ et conditioni corporis, aliis humorum crassi atque compositioni tribuentibus. Primæ sententiæ faciunt proprietates corporis, et habitus ejus peculiares quos in podagram esse præniores experientia constat; quique e parente (sæpius autem e pa-

rente (sæpius autem e patre quam matre docet SCUDAMORE) in prolem evidenter descendunt. Favet quoque mobilitas nervosi generis, et vasorum plenitudo; neque minus ipsa inflammatoria morbi indoles.

Hinc atque necessaria vitiorum humorum obscuritate moti, recentiorum plerique solida tantum vitium e patre derivasse censem. Sed factendum est, in hoc, si quo alio morbo, ut humores vitientur, plurima indicare. Namque imprimis sanguis et sudor ambo alienati apparent: et excretiones tophaceæ, ubique per corpus exundantes, cum vomitu humoris acris, et insigni urinæ mutatione, eodem tendere videntur. Minime tamen eam rem dijudicare ausim.

Alia est proclivitas, seu prædispositio, quæ acquisita est; scilicet, quæ a causis excitantibus admotis originem dicit. Hæ causæ tamen maxime efficaces sunt in iis proclivitate hæreditaria vel congenita instructis, quales sunt rubicundi temperamenti, quasi inter sanguineum atque melanochicum medii; habitus corporis crassi; venis grandiusculis, ample thorace, tota compagine corporis laxa, spongiosa, genere nervoso quoque mo-

bili instructi ; quod mentem attinet, ingeniosi, solertes, in omnes animi affectus, gaudiaque venerea proclives.

Perfacile occupantur tales si eos adoriantur plenitudinis et debilitatis simul causæ, ut cibi lauti, opipari, frequenter et liberaliter ingesti, liquores fermentatione parati, quorum pessimum vinum; acida et acescentia supra modum devorata; vitæ genus ignavum, desidiosum; somni, studii, laboris protinus a cibo consuetudo; alvus adstricta, cutis halitus impeditus; venus immodice (ne dicam præmature?) culta, mens cogitationibus, gaudiis, negotiis, nimis implicita, quivis animi affectus commoventes. Omnium autem summa ad tria facile capita redit; nempe causæ podagræ, aut plethoram augent aut cibi concocationem perturbant, aut vim generis nervosi frangunt. Quin verisimile est, absque his tribus conditionibus, podagram rarissime contingere posse.

Ut causam proximam igitur, vel eam actionum seriem, quæ inter causæ excitantis applicationem, et signorum podagricorum evolutionem intercedit, aliquis apte investiget, his ante conditionibus scrutandis opus erit. Id quod plerique scrip-

tores fecerunt, et omnium felicissime cl. **GU-**
LIELMI CULLENI theoria perspicua, brevis est.
Ponit illustrissimus auctor nonnullis conditionem
quandam plenam, simulque vigentem, totius cor-
poris fieri; quam, ad certum vitæ stadium jactura
toni in membris extremis occupat. Hæc vero
cum toto tandem corpore communicatur, sed in
ventriculi functionibus se magis ostendit. Dum
autem vires cerebri adhuc integræ manent, ea toni
jactura vim medicatricem naturæ ad pristinum
vigorem restituendum stimulat: id quod hæc
efficit, inflammatione in aliqua extremitate exci-
tata. Quando hæc inflammatio per dies aliquot
substiterit, tonus extreborum totiusque corporis
restituitur, atque æger in valetudinem consuetam
redit.

Hæc sententia magni viri vi naturæ medica-
trice nimis commode utitur. Sed quam verisi-
milis sit, e paucis subjectis videre licebit.

Jam supra notavimus, calculum, sabulum, et
podagram, arctissimo nexu conjungi. Podagros
quidem raro nephralgia carere, quam fere ini-
tium calculo præstare, cl. **MARCET** jam demon-
stravit. Uterque quidem morbus acidi urici præ-

sentia et productione insignitur: quoniam concretiones articulorum, sedimentum urinæ podagræ, calculi longe plures, ex urate quodam alkalino magnopere constant.

Nunc hoc acidum, ut multiplici MAJENDII experimento satis constat, in urina nunquam formatur, nisi animal cibo nitrogenium habente ves-
catur: it, redit, variat constantissime pro hujus elementi in cibo portione.

Hinc in iis bestiis qui carne sola vescuntur, acidum uricum maxime abundat: et in serpente vastissimo, Boa constrictore, totum quod reddit stercus per alvum, nihil aliud est quam uras ammoniae, nimirum, in hunc saltem cuius elementa sunt, oxygenium, hydrogenium, carbonium, nitrogenium, carnes, actione quadam interna, conversæ fuerunt.

Hæc actio, fermentatio esse aliqua videtur. BULLION et CHAPTEL* ostendunt acidum musto fermentando prorsus necessarium esse: imo gluten quod adest destrui, et azotium suum evolvere. Sed cum acidum in ventriculo humano

* Ann. de Chimie, xxxvi. 20.

fere aceticum est; et materia in eodem fermentanda multo plus nitrogenii quam gluten continet; porro libera simul basis alcalina absit acidum nascendum correptura, haud visu difficile erit quod diversum acidum ex diversis rebus fermentatis generari debeat.

Verum podagrici omnes acore exundant, neque rara morbi crisis est acidi eructatio, vel plenus vomitus. Igitur plane liquet amplam fermentandi occasionem talibus inesse; et quod fermentatio in eorundem ventriculis, revera fiat, immensa vis acidi ejecti, effectus magnesiæ, in podagrico, licet saepius alvo adstricta laborante, semper purgantis, abunde confirmant. Qua quidem ratione tale acidum, ut novæ fermentationis fomes in ventre podagri creatur, ex experimentis illustris olim

REAUMUR, STEVENS, et SPALLANZANI, haud obscure intelligere possumus. Succum enim gastricum omni fermentationi obstare docent: sed copiam et bonitatem hujus a ventriculi robore, hoc est, vigore, necessario pendere.

Idcirco, cum super ostendimus omnes podagræ causas, aut plethoram efficere, aut ventriculum infirmare, aut genus nervosum labefactare, verbis

non opus est, ut podagricos ea esse conditionem,
qua acidum facillime nascatur ex cibis ingestis,
neque succo ejus cavi conservatore quasi protectis,
probarem. Si tunc, senviente podagra, magna
hujus acidi vis generata fuerit, nihil impedit, quin
in sanguinem cum cæteris ventriculi et alvi rebus
resorbeatur, atque ibi cum soda conjunctum soli-
dum quoddam sub tophi forma excernendum con-
stituat? Ideoque sæpe in sanguine fluido detec-
tum sit *? vel ut aliquis primum ad renes de-
ferri, indeque resorberi mallet? Pars ejusdem
acidi urici ad vesicam utique descendit. Si enim
hæc talis elaborati in simplicibus Boæ tubis fieri
posset; nihil est cur non in polydædala machina
humana idem vel magis contingere effectus.

His de acido urico propositis, inflammationem
podagricam, quæ morbi plane essentia est, consi-
derare oportet. Jam vidimus defectum vis ner-
vosæ inter principes podagræ causas esse; neque
veri prorsus absimile est, eam pene solam inflam-
mationis causam existere. Sed notandum hic
breviter volo, CULLEN vocabulo vi Nervosa, non

* VAN SWIETEN, Comm. iv. 1263.

tantum vim ipsius massæ nervosæ intelligere, sed arteriarum quoque, saltem dominium quod in cor arteriasque cerebrum et nervos exercere ipse olim, et doctissimus WILSON PHILIP plurimis experimentis nuper iis vindicavit; uno verbo, vim solidi vivi velle. Idem quoque nonnihil lapsus est, quando ibidem, pro plenitudine vigorem posuit; sed tamen locus intelligi potest, licet plenitudo, vel plethora, distentis vasculis, summæ debilitatis non roboris superflui, causa sit. Omnes ergo principes podagræ causæ debilitantes sunt. Plethora debilitat, neurosis debilitat, dyspepsia debilitat, sed effectus cuiuslibet causæ debilitatis semper erit, pro portione ejus propriæ potestatis. Modicum frigus corpori admotum, excitat. Intensum cito omnem vitam extinguit; vires nervorum pariter ac muscularum obruit. Si paulo minus grave fuerit; primo impetu vires omnes perinde obruisse videtur; sed natura re-colligit vires nondum extinctas, et vitam restituit, nisi forsitan partibus quæ violentiæ frigoris magis patuerunt, quæque emortuæ jam gangræna separantur. Si frigus demum adhuc melius temperatum fuerit, non quidem incipiet gangræna,

sed inflammatio in iisdem partibus; ut in pernione per hyberna tempora affatim videmus.

Nunc in debilitate corpore, ut podagrico, extremae partes similiter ad centrum, ac in pernione se habent. Nam illæ in pernione eo magis laborant, quo major virium suarum a frigore exhaustio fuit, quippe quæ cæteris debiliores sint. Ita in podagra quoque causa debilitans universum corpus oppugnat: sed extrema, quorum circulatio languidior, vitalitas minor, prima ad reactionem cientur. Hinc pollex pedis in podagra, non alia ratione quam in pernione, propter renixum vivi corporis, inflammatur.

Quod autem dyspepsia vehemens, vel si aliud nomen cuivis magis arridet, gravis ventriculi aliquique perturbatio, membrorum extremorum inflammationem inducere potest, effectibus cerealis corrupti quod *Ergot* Galli vocant, probe evincitur. His enim primo debilitas, languor, febris fit, secretionum diminutio; tum demum membrorum inflammatio et gangræna. Neque vero semper gangræna Podagra caret. In Diario Medico-Chirurgico Edinensi, Jan. 1823, exemplum a Domino BRYANT luculenter traditum

est, quod in gangrænam manifesto abiit; et si casus hujusmodi rariores sint, inde oritur quod contraria irritatio quam vocant partis inflammatae, ventriculum sublevat, ideoque causam se excitantem paulatim tollit.

Plura his addere nequaquam difficile esset; sed jam, ni fallor, satis dictum est qui ostendam cum CULLENO, podagram morbum renixus esse, et originem hujus renixus concoctionis vitium; plenitudinem vero fautricem videri. Denique, omnia miracula de tophis, nodis et id genus concretionibus, ex legibus bene notis muneris concoctorii, evidenter explanari. Quæ omnia compendio declarare, dicamus, podagram nihil esse, nisi graviorem quandam dyspepsiæ formam. Sed in corpore pleno nec diutino malo satis macerato contingens, inflammationem extremorum utpote debiliorum movet: dum imbecillibus, diuque prava concoctione fatigatis, sæpe nihil nisi simplicem dyspepsiam, hactenus a nobis Podagram atonicam dictam, inferre consuevit.

la de re iohu seriatim attaq; anno 1610 angia
hunc mtho obit dñs sacerdos abusq; tis
mudicis ambiens dñs iheres eis
eiusmodi audiret ut ipsa etiam

DE PODAGRÆ CURATIONE.

QUANDOQUIDEM dñæ res, plethora et debilitas, in podagræ curatione respiciendæ sunt, nec facile videt medicus, utri potius obstandum sit, medela de observationibus practicis præcipue ducta est.

In paroxysmis, regimen antiphlogisticum, excepto frigore, quod nimis repellit, adhibetur. Ventriculus quoque, si potui olim meraco assuefatus, vini et carnis pauxillo frui permittatur. Junioribus et robustis, sanguis tuto detrahitur: et longe plurimis per hirudines e parte inflammata. Epithemata omnia, præter lanam, plusquam ambigua sunt. Dolorem optime lenit opium, sed crudum recentem dolorem exacerbat, vel abactum renovat. Atonicæ et retrogradæ podagris bene accommodantur ea quæ ventriculum confirmant, cura semper habita ne hujus inflammationem, nimis acribus auxiliis admotis, superinducamus.

Podagra aberrans, si qua videatur talis, pro

signis inflammationis partis internæ quæ se ostendit erit curanda.

Per intervalla, ne redeat morbus curandum erit. Illud maxime victum regendo fit; imprimitus abstinensia et labore; omnibus humoribus fermentatis, cibisque acidulis assidue evitatis.

Eundem ad finem multa medicamenta celebrata sunt, tandemque oblivione obruta. Olim fuit Pulvis Portlandicus certum remedium, sed tum dicebatur mortes subitas multiplicare, et infamatus obsolevit. Hodie, *Eau medicinale*, ejusque imitamenta, Vinum Veratri et Vinum Colchici autumnalis, minitante paroxysmo sumpta, summas laudes obtinuerunt. Quam merito non nisi sum qui judicare ausim; sed cum hæc dissertatione minus de curatione quam de causis podagræ suscepta fuerit, de cæteris omnibus remediis hic silentum puto.

FINIS.






































Bd.. 25 x 67

